



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 40. Alia concilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. cum seu cathedrarium non solverint: sed
 A.C. 1310 aliis modis huc adigantur. Ultimi cano-
 nes contingunt Religiosos Ordinum SS.
 c. 27. 28. Benedicti & Augustini. Archiepiscopus
 to. II. p. 792. Henricus renovat pro illis Conradi antea-
 cessoris sui constitutionem factam in
 Sup. lib. 84. concilio anni 1260. Vetat, ne Regula-
 §. 65. res quidquam proprium depositi vel alio
 nomine, aut inter manus hominum
 c. Un. de stat. profanorum habeant: & Virgines sacras
 regul. in 6to. intra claustra manere jubet secundum Bo-
 nifacii VIII sanctionem: Periculoso.

§. XL.

Alia concilia.

to. II. conc.
 p. 1514.
 p. 1513.

Eodem anno 1310 Salisburgi duo ha-
 bebantur concilia; primum, ut præ-
 scriberet solutiones decimæ a Papa ad
 biennium postulatae; alterum, ut expli-
 caret quædam edicta conciliorum præ-
 cedentium. Præsidente Archiepiscopo
 Conrado confidebant Wernhardus Pasa-
 savii, Joannes Brixinonis, Henricus Gure-
 cia, ac Wernhardus Lavantia Episcopus
 pi cum Oratoribus Episcoporum Frising-
 gæ ac Ratisbonæ. Id concilium tem-
 peravit severitatem antecedentium de-
 cretorum contra Clericos intrantes cau-
 ponas; contra Clericos artem joculari-
 riam factitantes; ac de solennibus nu-
 ptiarum: quod indicat sanctiones illas
 parum observatas fuisse.

Petrus

Petrus Archiepiscopus Moguntinus Sæcul. XIV.
 pariter hoc anno concilium provinciale A. C. 1310.
 per triduum egit, scilicet diebus lunæ to. II. conc.
 Martis, ac Mercurii post dominicam Ju p. 1536.
bilate, quæ est tertia post Pascha: & illa ex Serrar.
 dies lunæ erat undecima Maji. Id p. 850.

Concilium præscripta conciliorum præ-
 cedentium ad unam retulit summam;
 & Papæ jussu tractabat causam Templa-
 riorum. Viginti horum Equitum non
 accersiti adiere concilium gerentes ve-
 stem Ordinis, ac pæne armati. Præ-
 eunte Comite quodam Hugone intrabant
 subito ad conventum Præsulum, qui stu-
 pebant omnes. Archiepiscopus eos con-
 siderans, ac metuens vim aliquam du-
 cem comiter jussit sedere ac dicere, si-
 quid vellet. Is contenta voce ac gestu
 libero sic loquebatur.

Hoc concilium ex imperio Papæ po-
 tissimum nostri Ordinis abolendi causa
 esse convocatum comperimus. Crimi-
 na, quæ privatim memorabimus, imma-
 nia nobis, & atrociora, quam ethnicis,
 inferuntur. Hanc vero injuriam ferendo
 non sumus, præsertim cum damnemur
 indicta causa, nec convicti secundum
 normam juris. Proinde coram hoc Con-
 cilio appellamus ad Papam futurum &
 omnem ejus Clerum; ac publice decla-
 ramus, alibi hæc ob crimina combu-
 stos a se commissum aliquod constanter

Hist. Eccles. Tom. XXII.

X x in

Secul. XIV.
A.C. 1310

in tormentis & ad mortem usque pernegasse. Deus ipse illorum innocentiam singulari miraculo comprobavit, dum alba eorum pallia & rubrae in his cruce concremari non poterant. Si hoc miraculum fuisset verum, e contrario concludi potuit ignem duntaxat vestibus parcendo has esse sacras, illos autem indignos, qui eas gererent, indicasse. Audito Equite Archiepiscopus tumultum timens accepit reclamationem Templariorum, seque his pacem a Papa precaturum pollicitus eos remisit domum. Progressu temporis mandatum aliud a Papa obtinuit, ob quod absolutos dimisit anno sequente prima Julii.

C. Nang.
p. 631.
Dubois hist.
Par. p. 551.
Baluz. to. 1.
p. 16. 71.

Parisiis novus Archiepiscopus Senonum Philippus Marenninus provinciale concilium suum celebravit ab undecima Maji usque ad vicesimam sextam. Ibi excussis sigillatim Templariorum causis, cum omnia momenti sui probe ponderata essent, ferebatur sententia, ut quidam simpliciter exsolverentur vinculis, quibus Ordini essent obligati; alii, postquam irrogatas sibi poenas subissent, libertatem reciperent; alii in carceribus arcte asservarentur; multi quatuor intra muros inclusi haerent perpetuo; ac relapsi profano Magistratui traderentur, exaugurati prius ab Episcopo, si sacros Ordines accepissent. Res dabatur executioni,

cutioni. In campis prope Abbatiam S. Antonii comburebantur quinquaginta novem; quorum nemo fatebatur objecta scelera: sed singuli ad finem usque asseverabant se iniuste perimii: quod populum vehementissime perturbabat. Post mensis spatium Archiepiscopus Remensis suum concilium provinciale Silvanecti habuit: ubi novem Templarii condemnati pariter & concremati sunt ex auctoritate Judicis profani; sed ante mortem recantabant, quæ prius confessi fuerant: idque tormentorum metu factum causabantur.

æcul XIV.
A.C. 1310.

§. XLI.

Templariorum causa continuatur.

Interim Papæ Cognitores pergebant Parisiis tractare res Ordinis generales. Die sabbati 14 Martii an. 1310 accitis ad se Templariis, qui se Ordinem defensuros dixerant, legi ac explicari Gallice curabant suum mandatum, & inquisitionis suæ puncta simillima capitibus quæstionis anno 1307 habitæ de Templariis centum quadraginta. Tum missi a Cognitoribus in Templum (hoc est, in cœnobium Ordinis) Notarii Templarios Equites, qui numero septuaginta quatuor ibi carceribus inclusi erant, adductos ad se rogarunt, an consultassent de consti-

Dapui p. 133

Sup. §. 20.

p. 143.

X x 2 tuen-